

## Epistola Ioannis II

1:1 senior electae dominae et natis eius quos ego diligo in ueritate et non ego solus sed et omnes qui cognouerunt ueritatem 1:2 propter ueritatem quae permanet in nobis et nobiscum erit in aeternum 1:3 sit nobiscum gratia misericordia pax a Deo Patre et a Christo Iesu Filio Patris in ueritate et caritate 1:4 gauisus sum ualde quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate sicut mandatum accepimus a Patre 1:5 et nunc rogo te domina non tamquam mandatum nouum scribens tibi sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum 1:6 et haec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius hoc mandatum est ut quemadmodum audistis ab initio in eo ambuletis 1:7 quoniam multi seductores exierunt in mundum qui non confitentur Iesum Christum uenientem in carne hic est seductor et antichristus 1:8 uideate uosmet ipsos ne perdati quae operati estis sed ut mercedem plenam accipiatis 1:9 omnis qui praecedit et non manet in doctrina Christi Deum non habet qui permanet in doctrina hic et Filium et Patrem habet 1:10 si quis uenit ad uos et hanc doctrinam non adfert nolite recipere eum in domum nec haue ei dixeritis 1:11 qui enim dicit illi haue communicat operibus illius malignis 1:12 plura habens uobis scribere nolui per cartam et atramentum spero enim me futurum apud uos et os ad os loqui ut gaudium uestrum plenum sit 1:13 salutant te filii sororis tuae electae

1:1 The elder unto the elect lady and her children, whom I love in the truth; and not I only, but also all they that have known the truth;

1:2 For the truth's sake, which dwelleth in us, and shall be with us for ever.

1:3 Grace be with you, mercy, and peace, from God the Father, and from the Lord Jesus Christ, the Son of the Father, in truth and love.

1:4 I rejoiced greatly that I found of thy children walking in truth, as we have received a commandment from the Father.

1:5 And now I beseech thee, lady, not as though I wrote a new commandment unto thee, but that which we had from the beginning, that we love one another.

1:6 And this is love, that we walk after his commandments. This is the commandment, That, as ye have heard from the beginning, ye should walk in it.

1:7 For many deceivers are entered into the world, who confess not that Jesus Christ is come in the flesh. This is a deceiver and an antichrist.

1:8 Look to yourselves, that we lose not those things which we have wrought, but that we receive a full reward.

1:9 Whosoever transgresseth, and abideth not in the doctrine of Christ, hath not God. He that abideth in the doctrine of Christ, he hath both the Father and the Son.

1:10 If there come any unto you, and bring not this doctrine, receive him not into your house, neither bid him God speed:

1:11 For he that biddeth him God speed is partaker of his evil deeds.

1:12 Having many things to write unto you, I would not write with paper and ink: but I trust to come unto you, and speak face to face, that our joy may be full.

1:13 The children of thy elect sister greet thee. Amen.

# Biblia Sacra Vulgata

---